

num. 22., Sanchez. opus. p. 1. lib. 3. c. unico dub. 32. num. 255., eamque probabilem post Abbatem dicit Turrianus loco allegato per Dianam p. 5. tract. 10. resol. 16., Alterius de censuris tom. 2., disp. 3. c. 2. col. 4. Vers. Respondendum est, id non est inficiandum, ubi loquitur sustinendo sententiam Abb., licet ipse disp. 7. c. 2. col. 8. Vers. dubitatur an, cum vers. seqq., oppositum sequatur, & probabilem eam reputat Bonacina, dum contrarium probabilius dicit de censur. disput. 1. q. 2. p. 2. sub num. 3. post medium, alii qui pauci quos viderim approbarunt; Suarez. verò dicto num. 3. nominatim hanc Abbatis sententiam reiicit, tamquam gratuitam, cum text. in c. Is qui absolute loquatur absque ulla distinctione, & ita respondet comunior D.D. calculus; tum quia non est responsio ad casum aliquem particularem, ex quo colligi possit, text. loqui in casu medicinalis censurae, & non poenae vindicativae, sed loquitur in abstracto de suspensione simpliciter, unde comprehendit suspensionem utroque modo latam, ubi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, unde ex communi Doctorum sententia, ea distinctio habebit locum in eo, quod si feratur per

ARTICULUS XXIV.

An ad Executionem poenae ipso Jure impositae pro Negligentia, & omissione, requiratur Declaratoria.

IN Jure multoties decernitur nullitas, aut privatio ipso Jure, propter negligentiam, & omissionem solemnitatis, vel alterius requisiti, hoc idem in contractibus, & testamentis, ut dum imponitur onus haeredi, vel legatario, quo neglecto, & omisso, inducitur in poenam privatio haereditatis, vel legati, vel etiam decernitur nullitas actus, ut in matrimonio omissa praesentia Parochi, & testium. *Trid. sess. 24. c. 1. de reform. matrimonii*, sic omissa solemnitate requisita in alienatione rerum Ecclesiae, alienatio nulla est; *extrav. Ambrosiae de rebus Ecclesiae non alienantur*; ita ut neque possessio, neque dominium transferatur. *Merlin. decis. 255. num. 4. Vers.*

modum censurae, tunc praerequiratur monitio, & monitus non parendo sit negligens, & censura inodetur, si verò per modum poenae, tunc non praerequiratur monitio, nec locus est negligentiae.

14 Quo verò ad alteram partem, quod in secundo casu, seu membro distinctionis appellatio suspendat censuram, suam habet probabilitatem ex auctoritate Doctorum eam affirmantium, ex ea ratione, quia sicuti ad suspensionem per modum poenae cessat praemonitio, quae requiritur ad censuram, ita cessat ratio cur appellatio non suspendat, quia ad censuram per modum medicinae appellatio non posset prodesse, nam si suspendere tur medicina, morbus ingravesceret, non sic poena, cui rationi respondent omnes D.D. oppositam sequentes sententiam, quod ratio cur non suspendatur censura per appellationem est, quia sententia censurae statim trahit secum executionem, ut habetur in c. Pastoralis §. Verum quia de appellat. secus sententia poenae. Verum cum haec quaestio ecentrica sit à nostro instituto dimittamus eam canonistis, & Theologis de censuris tractantibus.

& licet, & idem res restituenda est Ecclesiae, una cum fructibus *decis. 444. p. 4. tom. 2. recent. Turricella de rebus Ecclesiae non alienandis c. 27. num. 8.*, & omisso examine, cum examinatore Synodalibus in concursu Parochialium, concursus, & examen nullum est; *Trid. sess. 24. c. 18. de reform.*, ita ex nostro Statuto Ferrariae *lib. 2. rub. 91. de contractibus minor.*, contractus minorum decernitur ipso Jure nullus, si deficiant solemnitates à Statuto requisitae. *Rota decis. 218. num. 11. p. 2. recent.*, idem disponitur de contractibus mulierum, sine Statutariis solemnitatibus celebratis *rub. 90.*

Modo quaerimus, an qui omisit, & neglectit ea, quae facere debebat, aut omittit onus imple-

implere, teneatur, ex se nulla expectata sententia declaratoria, ita ut tam in foro externo, quam interno teneatur, aut rem legatam, aut haereditatem dimittere.

Dixi (nulla expectata sententia declaratoria) quia non est quaestio, de sententia imponente poenam, aut nullitatem; quia cum imponatur ipso Jure, vel ipso facto, vel aliis verbis, idem significantibus, non est expectanda talis sententia, ipsum enim Jus imponit poenam, & nullitatem; quaestio igitur solum est de declaratoria.

Quae declaratoria adhuc dupliciter potest considerari; primò de declaratoria poenae, quae scilicet declarat, poenam esse in eo casu omissionis, & negligentiae impositam; secundo de declaratoria delicti, seu omissionis, & negligentiae; scilicet negligentiam esse incursum, & omisum esse, quod erat faciendum.

1 Quò ad declaratoriam poenae, certum est non requiri, quia ipsum Jus declarat poenam, quam imponit, pro tali omissione; ita, & quando testator imponit poenam privationis haereditatis, vel legati haeredi, vel legatario omittenti, & negligentem facere celebrare missas sibi impositas, aut aliud Onus, declarat poenam, quam imponit pro tali omissione, & negligentia.

2 In alio casu pariter, certum est, non requiri declaratoriam, nempe quando omisso est de aliquo, quod sit de forma, vel de aliqua qualitate, quae posita reddit habilem, quae omissa, & neglecta, reddit inhabilem ad operandum, & hoc contigit in contrahente matrimonium sine praesentia Parochi, & testium, quorum omisso reddit contrahentes inhabiles ad contrahendum matrimonium, ita ut nulla expectata sententia declaratoria, teneatur separari; ita pariter omittens numerum examinatorum in concursu, juxta disposita in Concilio supra allegato, nulliter agit, ut neque declaratoria requiratur, eo quia examen cum tanto numero examinatorum Synodalium, est de forma, deficiente autem forma, corrumpit substantia facti, ex quo sequitur, quod si quis obtineret beneficium parochiale, absque examine, cum tanto numero examinatorum, teneretur non solum pro foro externo, sed etiam interno, illud dimittere, nulla expectata declaratoria.

3 Alii ponunt aliam regulam, nempe, tunc non esse expectandam declaratoriam, quan-

do nullitas, aut privatio, non habet rationem poenae, & tunc non habet rationem poenae, quando requiritur illud, quod est omisum, vel ad habilitandum, vel pro forma, ut explicant Doctores infra citandi.

4 Quando igitur privatio, aut nullitas inducitur, vel est imposita in poenam, sive à lege, sive ab homine; sive à Statuto; tunc ex veriori, & communiori, Doctorum, sententia, requiritur declaratoria delicti, seu omissionis, & negligentiae, licet dicat (ipso Jure) quod etiam militat, pro foro conscientiae.

5 Diximus enim, in principio hujus tractatus, quod negligentia non praesumitur, sed esse probandam, quia sonat in delictum, quod non praesumitur; neque sufficit allegare simpliciter omissionem, quia ad negligentiam requiritur, quod quis teneatur facere, & possit, & sciens, ac volens omittat; necesse est ergo citare eum, de cujus negligentia agitur, qui si legitimam non habeat excusationem; tunc declarabitur negligens; maxime in foro externo.

6 Deinde, cum nemo teneatur ex se poenam subire, (non enim delinquens tenetur poenam in se exequi) sed solum teneatur pati, ratione naturali suadente, quod (nemo agat in se ipsum) natura enim abhorret à tali actione, & lex simpliciter loquens semper restringitur à ratione naturali. *Quamvis ff. de in Jus Vocando, Abbas in c. suggestum de appellat*; sequitur, quod neque pro foro interno, tenetur delinquens subire talem privationem, sed possit tuta conscientia expectare declaratoriam, & factum, hominis poenam, exequentis. *Moneta de distribut. p. 3. quest. 7. num. 60.*

7 Fundant communiter Doctores hanc resolutionem in c. cum secundum de haeret. in 6., ubi, exponitur quod haereticorum bona, sunt ipso Jure confiscata; non tenetur tamen haereticus deferre, aut ex se cedere bona fisco, sed poterit expectare sententiam Judicis declaratoriam, qui textus licet loquatur de delicto in committendo, tamen adhuc nostram resolutionem probat; tum quia vis stat in eo, quod poena sit imposita ipso Jure, quia gravius est delictum in committendo, quam in omittendo; Vide quae infra dicam de negligentia fisci, in secunda parte, & ita Communiter tenent Doctores allegati per Garziam de beneficiis p. xi. cap. 10. num. 7. & seqq.

8 Solet etiam disputari, utrum ex quo sit

ipso Jure privatus, qui omisit facere, quod debebat, amittat dominium bonorum, quibus privatus est, quod amittere voluerunt; *Surd. de alim. tit. 8. privil. 59. num. 7. 8.*, & *tit. 9. quest. 32. num. 5.* possessionem tamen, dicunt manere apud delinquentem, donec per Judicem, seu fiscum capiantur; *Peregrin. tamen de Jure fisci lib. 5. tit. 1. num. 166.*, *Lesius de Just. & Jur. lib. 2. c. 29. dub. 8. num. 64.*, *Sayr. Clavis regia lib. 3. c. 9. num. 30.*, *Azor. Instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 7. quest. 2.*, & *lib. 8. c. 12. quest. 2.*, *Ricciol. de Jure person. extra Eccles. lib. 5. c. 31. num. 6.*, intelliguntur de dominio civili juxta *c. cum secundum supra citatum*:

9 Qua propter tam possessio, quam dominium, perseverare apud delinquentem, pro veriori, & probabiliori, expresse sustinent plures nempè *Symanchas de catholicis instit. tit. 9. num. 173.*, & *187.*, & *229.*, *Vasquez. 1. 2. quest. 96. artic. 5. disp. 170. toto cap. 7.*, *Molina de Justitia, & Jure tom. 1. disp. 95. col. 11. Vers. dubium vero est*, *Henriquez. in summa lib. 13. cap. 56. §. 2. Vers. finem*; *Avila de censur. p. 1. dub. 7. col. 3.*, *Sanchez. ad decal. tom. 1. lib. 2. c. 22. num. 2. 3.*, *Garzias de benef. p. xi. cap. 10. num. 10.*, & *seqq.*, alique quos allegat, & sequitur *Barbosa in dicto c. cum secundum num. 4. Vers. Contrariam tamen*; licet forsitan sit questio de nomine, ex allegatis per *Bordon. de Sancto Offitio c. 12. num. 11.*, ubi, quod per Fiscum, acquiritur proprietates, quæ tamen retinetur ab hæretico, ita dominium aquiratur fisco, detineatur tamen facto ab hæretico; idèd dicit *Bordon*, quod ante sententiam declaratoriam, hæreticus facit fructus suos, post sententiam tamen, non consumpti, capiuntur à Fisco, & quod hæreticus, ante sententiam, potest alienare bona, ipso Jure confiscata, pro sua tamen, & suorum necessitate: ita *Bordon. supra num. 12. 13.*, à quo non dissentit *Peregrin. de Jure fisci dicto num. 166.*, ubi concedit, alienationem necessariam, & in terminis nostris, *Carena de Sancto Offitio, in quest. 15.*, *Annotationum ad Guidum Fulcodium sub. num. 6.*, & plurimi allegati per *Barbosam in c. Vergentis sub. nu. 3. vers. non tamen de hæreticis*, & *in c. cum secundum num. 5. de hæretic. in 6.*, ubi quod ut privatio plenarium consequatur effectum, requiritur declaratoria commissi criminis, & n. 7. quod ante declaratoriam, retinet veram rerum suarum possessionem, considerando verbum (ve-

ram), quod importat aliquid amplius, ultra nudam detentionem facti; & ad *Trid. sess. 25. c. 5. de regul. num. 193.*, quod dominium naturale prodest, quo ad utendum, & fruendum *Suarez. de fide disp. 22. sec. 3. num. 6.*, & hanc sententiam tamquam probabiliorè sustinet *Thom. del Bene de Sancto Offitio p. 1. dubit. 131. sub. num. 1.* plurimis allegatis, ubi *num. 6.* explicat, quid importet esse delinquentem ipso Jure privatum, scilicet quod sint obligata Fisco, & quod sequuta declaratoria, executio retrotrahat suam virtutem, & effectum, usque ad tempus commissi delicti.

10 Et ita generaliter, hanc sententiam sustinet plurimi allegati, quos sequitur *Gabriel. comun. opin. lib. 6. concl. 12.*, *Farinac. frag. Crim. p. 2. Vers. lex. à num. 155.*, & *seqq. Sanchez. ad decal. lib. 2. c. 22. num. 19.*, & *20.*, *Tusch. Vers. declaratoria concl. 98.*, *Samuel. de canonica elect. tract. 2. contrav. 4.*, ubi *conclus. 6.* allegat *Doctores num. 28.*, Ubi duas assert rationes; prima quia ita usu, & consuetudine receptum est; secunda quia delinquens non tenetur se proderè juxta illud *D. Jo. Chrysostom. in c. quis aliquando §. his auctoritatibus de penit. dist. 1.*, (*non dico ut te proderis*); *Diana parte 3. tract. 2. resol. 66.*, & *p. xi. tract. 6. resol. 42.*, *Lavor. de elect. tit. 4. c. 21. num. 73.*

11 Conantur plures limitare hanc resolutionem, quando delictum est notorium, quia in notoriis, nullam patientibus tergiversationem, aut dubietatem, non requiritur declaratio, maximè si notorietas sequeretur ex confessione propria delinquentis; ex allegatis per *Gabriel. comun. opin. dicta concl. 12. sub. nu. 5.* & *seqq.*, ubi plures allegati, & plurimi sunt sequi.

12 Verùm hanc limitationem omninò refellit *Thom. del Bene dicta dubitat. 31. à num. 9.*, & *seqq.*, primò quia lex privans, & requirens declaratoriam, ut *c. cum secundum de hæreticis in 6.*, non distinguit, inter delictum notorium, & non notorium; secundo quia nõ requiritur ad hunc effectum, ut populo constet de delicto, vel omissione; tertio quia neque requiritur, ut delinquens reddatur certus de suo delicto, aut omissione, cum sibi conscius, certus sit de tali omissione, unde saltem, quò ad forum conscientie, debet militare paritas, cum foro externo; quarto quia esse notorium respectu delinquentis, nihil operatur, sed solum respectu populi, cui innotescat, sed talis notitia non addit ullam obligationem

iligationem respectu executionis pœnæ; ut delinquens teneatur, ex se bona cedere Fisco, aut substituto, aut alteri in contractu convento, ergo sicut delinquens non tenetur exequi pœnam, quando delictum est occultum, neque tenetur si sit notorium; quintò quia potest dari, ut delictum habeat rationem notorii, etiam ex confessione delinquentis, & tamen non sit verum; inventi enim sunt, qui se jactant, de delicto, & tamen reverà, non illud patrarunt, vel non cum jactatis circumstantiis; hinc est, quod ex sola delicti confessione, non dicitur constare de delicto; *Farinac. prax. quest. 2. num. 1. 7.*, alias ex sola confessione, non potest damnari, nisi pro jactatione, pœna extraordinaria *Conciol. resol. Crim. Vers. delictum resol. 8.*

Quam sententiam maximè approbo, ex ratione supra allata, quod nemo tenetur ex se subire pœnam, cum ab hoc natura obhorreat, & delinquens teneatur solum pati pœnam: *glos. in c. Fraternitas 12. quest. 2.*, & *post eam Barbosa in dicto c. Fraternitas num. 4.*, Ubi plurimos allegat, & oppositum dicit intollerabile, & moraliter impossibile. *Garzias de benef. p. xi. cap. 10. num. 19.*

13 Altera difficultas insurgeret in casu, quo lex, aut testator, aut contrahentes, imponerent in casu omissionis, & negligentie, pœnam privationis, (ipso jure) (ipso facto), (eo ipso) quæ important cum addito, nempè, ut neque expectanda sit sententia declaratoria; an tunc delinquens, & negligens teneatur, vel in foro externo, vel in foro conscientie dimittere ex se rem, qua vel lege, vel testamento, vel contractu, privatus est, neque possit expectare declaratoriam, & plures D. D. existimant tunc, non expectandam esse declaratoriam, ut verba legis, aut testamenti, aut contractus, operentur suum effectum, pro ut verba ipsa cantant, alias essent superflua, & sine effectum, quod nemo dicet.

14 Placet tamen adhuc sententia *Thomæ del Bene loco citato dicta dubit. 31. Corolario primo per totum*, quod adhuc requiratur sententia declaratoria, & sic negligens non teneatur, ante sententiam declaratoriam delicti, se privare bonis, rationibus supra adductis, quia nemo tenetur ex se subire pœnam, ex allegatis per *Thom. del Bene dubit. 132. Vers. dico secundo*, & *num. 6. vers. delinquens igitur*, tum quia illa verba (*non expectata declaratoria*) possunt interpretari, de declaratoria pœnæ, nõ

verò de declaratoria delicti; tum quia cum executio requirat factum hominis, ut scilicet, vel Fiscus, vel substitutus, vel contrahens, capiat bona, & eorum possessionem, non tenetur negligens, ea deferre, sed solum pati, quod per alium tollatur allegati per *Dianam p. 3. tract. 2. resol. 66.*

15 Dixi (quia executio requirit factum hominis) quia aliter dicendum est in incurfu censurarum, ut excommunicationis, & suspensionis, quarum executio non requirit factum hominis, sed ipso Jure, incurruntur, sine alia declaratoria, quæ tamen requiritur ad effectum, ut excommunicatus sit vitandus, nisi incurfus esset taliter notorius, ut nulla tergiversatione posset celari, quod raro contingit; idem quando lex resistit acquisitioni, quia ad non aquirendum, non requiritur factum hominis ad *tex. in c. Unico §. qui vero de cleric. non resid. in 6. Trid. sess. 23. c. 1. §. si quis autem §. eadem omnino de reform.*, *Barbosa de offit.*, & *fore Parochi p. 1. c. 8. num. 69.*, *Garzias de benefic. p. xi. c. 10. sub. num. 9. post medium*.

16 Ad quod allegari potest *tex. in c. in litteris de restit. spoliatorum*, ubi quod neque fur, neque latro, spoliandus sit re detenta, nisi post sententiam declaratoriam furti, licet de Jure nature, res clamat ad dominum, quod tamen non intrat pro foro conscientie, obligante furem ad restitutionem statim, sed tantum pro foro externo, & disparitas est, quia restitutio, in hoc casu, non est in pœnam, pro ut nos loquimur, de privatione in pœnam negligentie, & omissionis; undè quando est in pœnam, declaratoria requiritur pro utroque foro; quid quid dicat *Valerius de differentiis utriusque fori in Vers. pœna diffe. 20.*

17 Ex quibus etiam sequitur, quod si is, vel sit fiscus, vel alius, ad quem bona devolvunt, negligat curare, ut emanet declaratio, vel emanata declaratione, negligat bona occupare, ex tali negligentia censetur velle, & contentire, ut bona perseverent apud eum, qui erat privandus facto.

18 Et si opponeres, quod ex ea solutione, sequeretur possessorem posse perseverare in sua possessione, tanto tempore, ut prescribat, cum tamen sit in mala fide, cum qua prescribi non potest *c. fin. de prescript.*, & consequenter, ne hoc sequatur, videtur dicendum, quod detentor, post quàm novit se privatum per declaratoriam, teneatur rem fisco renuntiare,

re, nec possit juvari negligentia ministrorum.

19 Respondeo, concedendo ex tali detentione sequi posse præscriptionem, non obstante mala fide; nam ut observat *Peregrin. de Jure Fisci lib. 6. tit. 8. num. 34., & 35.*, in aquirendis, potest præscribi contra Fiscum sine titulo, & sine bona fide, quod est singulare, in quærendis titulo pœnæ, eo quod in conscientia, pœna non debetur, nisi per Judicem, & factio hominis exigatur, ut post plures firmat *Barbosa in c. fraternitas 12. q. 1. nu. 4., & in c. si qui num. 6. de præscript. in 6., & in c. quæ in Ecclesiarum num. 6. de constit., & in c. cum secundum num. 9. de hæret. in 6.*, aliique supra relati, & in hoc casu non dicitur detinere rem alienam, contra conscientiam, neque commodum reportat, ex propria omissione, quæ est ratio regulæ possessoris malæ fidei de *reg. Jur. in 6.*, ubi *Barbosa num. 2. & 3.* sed reportat, ex aliena negligentia, & omissione, ut dicam in 2. p. de negligentia Offitium Fisci, & quæ dixi de Fisco, idem dicendum de hæredibus testamentariis, legatariis, & contrahentibus cum pacto incurrendi privationem ipso Jure in pœnam negligentia; Vel etiam dicas cum aliis allegatis in articulo de negligentia Fisci, quod detentor in hoc casu, esset in bona fide, quia sciret se jure permittente posse, retinere rem, usque

ARTICULUS XXV.

De Negligentia in repellendis Pravis Cogitationibus.

Innotescat, quanti ponderis sit materia, seu difficultas, in hoc articulo discutienda, præmittendum censui, quod nomine pravæ cogitationis, intelligatur cogitatio, quæ est actus intellectus, cum connexionione affectus Voluntatis, prout latius explicat *Vasquez in prima parte D. Thom. disp. 210. cap. 2. & 3.*, solus enim actus intellectus, non potest esse pravus, & culpabilis, cum non sit liber, quatenus autem connectitur cum affectu Voluntatis, habet rationem liberi, & tunc, vel est moraliter bonus, vel moraliter malus, & pravus; articulus ergo est de istis cogitationibus cõnexis cum affectu Voluntatis.

dum per exequutores missos à Judice tollatur.

20 Neque obstaret, si diceres, quod beneficiatus, omittens dicere horas canonicas, non faciat fructus suos, & quod nulla expectata sententia declaratoria, teneatur eos pauperibus distribuere, vel in causis piis implicare, quia dispar est ratio; nam lex disponens, quod omittens recitationem officii, non faciat fructus suos, resistit acquisitioni; at in nostro casu, agimus de privando, & tollendo jure quæsito, quod difficilius est, ut latius ostendam in articulo de negligentis, & omissionibus officialium Fisci, & intrat regula superius notata, quod recitatio officii, habet rationem qualitatis, vel conditionis habitantis beneficiatum, ad faciendos fructus suos, unde non est præcisè in pœnam, talis non acquisitio, & sic non est privatio, de qua loquimur, quæ prærequirit habitum, ad latè allegata per *Barbosam de axiomat. Juris, axioma 189. per totum*, sed est non acquisitio, ad allegata per *Monetam de distribut. p. 3. q. 7. num. 63., & supra allegatis num. 65. & 71.*, pro ut etiam in beneficiato qui non fecit professionem fidei inhabilitatur ad fructus faciendos suos, *Trid. sess. 24. c. 12., Azor. p. 2. lib. 7. c. 2. q. 1. in fine Garzias p. 3. c. 3. num. 45., Ricciul. de Jure Personarum extra Ecclesie gremium lib. 1. c. 13. num. 43., Garzias de benef. p. xi. cap. 10. n. 21.*

2 Præmitto pariter, quod cogitato Intellectus, se habet antecedenter, ad affectum voluntatis, quia Voluntas non fertur nisi in præcognitum, unde per actum istum Cogitationis intellectualis, proponitur Voluntati Objectum, quod potest esse bonum, vel malum, vel indifferens, & liberum est Voluntati, vel illud amare, vel illud renuere, vel etiam suspendere, idest nec amare, nec renuere; sit exemplum, de proximo diligendo, quod est præceptum divinum, quod Voluntas potest acceptare, & elicere actum Amoris, & Charitatis erga proximum, vel suspendere, sic *Luca x.* Samaritanus elicit actum amoris, & Charitatis erga hominem à latronibus vulneratum,

neratum, quem amorem, ostendit postea opere externo subsequuto; at Sacerdos, & Levita, qui per eandem viam transeuntes, præcognoverant eundem hominem despoliatum, Vulneratum, Jacentem, tamen vel renuentes, vel suspendentes actum Amoris, pertransierunt nullo affectu elicitio erga Proximum.

Ita & in Objecto moraliter malo, potest contingere; exemplum sit, proponit Intellectus cogitans, Voluntati Mulierem pulchram, tunc Voluntas potest pro suo libito, vel actum pravi amoris elicere, & delectari affectu lascivix, vel renuere, & omninò detestari, vel actum suspendere, idest nec delectando, nec renuendo, & de his pravis cogitationibus, nunc quæro, quanta diligentia requiratur in eis replendis, & quæ negligentia sit culpabilis.

3 Præmitto tertio, quod Deus in Sacris Scripturis, de istis cogitationibus cordis, zelum ostendens multa expresserit; Sic primò *Paralipom. c. 28.* legimus *omnia enim corda scrutatur Dominus, & Universas mentium cogitationes; Jeremia c. 17.* *Parvum est Cor hominis, & in-scrutabile, quis cognoscet illud, ego Dominus scrutans cor;* Ubi observant Sacri Theologi cum *D. Thoma p. 1. q. 57. art. 4., & D. Hieronimus in eodem loco Jeremie,* quod cognitio Secretorum Cordis, quales sunt cogitationes prædictæ, quousque sistunt in solo interno actu Intellectus, & Voluntatis affectu, neque exeunt in opus externum, resservata est soli Deo, itaut neque Angeli, ea cordium secreta naturali sua tantum Virtute valeant certò, & evidenter cognoscere, sed solum quandoquè per conjecturas, vel nisi ab homine eis revelentur.

4 Dicitur autem Deus, scrutator cordium, idest diligentissimus, ac subtilis investigator, & cognitor, ideoquè Christus Dominus *Matthei 9.* conquæritur, *ut quid cogitatis mala in cordibus vestris; Ut vidit Deus cogitationes eorum &c.,* & dictio *ut* in hoc loco importat, ac statim, quia nolet has pravas cogitationes Immorari in hominis Corde; ac propterea *Proverbiorum c. 4.* dicitur (*Omni custodia serva Cor tuum,*) nam de corde exeunt pravæ cogitationes, quæ coinquinant Animam, *Matthei cap. 15., & Marci c. 7., Paulus ad hebreos cap. 4., ait Discretor est Cogitationum, & intentionum Cordis.*

Psalmo autem 7. dicitur scrutans Corda, & renes, idest qui scrutatur Corda, etiam renes co-

gnoscit, nempe delectationes bonas, vel malas, per renes, enim delectationes significantur ad notata per *Michaelem Aiguanum alias Incognitum,* sed modo cognitum ad illum Psalmum, & Versiculum.

Has ergo cogitationes, si accedat affectio Voluntatis, & sint de re turpi, ut de Objecto lascivix, delectationes morosas, appellant Theologi, non à mora temporis, cum brevi momento temporis possint compleri, sed à mora Voluntatis, idest determinata Voluntatis delectatione, & persistentia in eis.

5 Necessè est igitur, quando tales Cogitationes de re turpi, mentem invadunt, quod Voluntas eas repellat, alias sine negligentia, de facili labatur in delectationem, & consensum; nunc quærimus, an ista negligentia, sit semper culpabilis, & qualiter, an semper mortalis, vel esse possit venialis, vel quandoquè sine culpa; Consideramus ergo has pravas Cordis cogitationes in triplici statu. Primò, si Voluntas eas repellat, & actus bonus moraliter est. Secundò, si eis consentiat, & delectetur, & actus moraliter malus est, & de hoc dicitur *Matthei cap. 5., & Exodi 20. qui viderit Mulierem ad concupiscendum eam, jam adulteratus est in Corde suo.* Tertio, si neque repellat, neque consentiat, sed negligat, & omitat repellere, quasi stando in suspensio, & in hoc tertio sensu, est præsens Inquisitio.

6 Plures Theologi magni nominis, existimarunt, quod hæc negligentia sit quidam consensus interpretativus, & consequenter peccatum mortale, quoties sit cum advertentia sufficienti, quia defectus plenæ advertentia, potest operari, quod peccatum sit tantum veniale, ex aliquo defectu liberi voluntarii, ita *Vasquez in p. 2. disp. 108. cap. 1. & 2., Sayr. Clavis regia lib. 8. cap. 7. num. 3. & seqq., Sanchez. ad Decal. lib. 1. cap. 2. num. 12., & seqq., Diana p. 2. tract. 17. resol. 33.,* ubi plures allegat *Trulench ad Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 13. à num. 9., & seqq.,* apud quos plures allegantur; fundamentum potissimum est, quia data plena advertentia de tali cogitatione, dum non curat eam repellere, eam censetur amare, ac propterea dicitur Virtualiter, seu Interpretativè consentire.

7 Alii verò Theologi, ut *Caietanus Bonacina, Navarra* pluresque alii allegati à *Diana dicta resol. 33. Vers. Sed contrariam,* existimant probabile, quod talis negligentia, sit mera cogitationis pravæ, passio, nec involuat culpam saltem